



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

74. Fer. 5. Spes Resurrectionis minuit sensum Paßionis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

Feria 4. Dom. Quinquag. 119

eens reijci, Ps. 24. *Ps.* 19. a discipulo tradi, Ps. 40. *Ps.* 10. & Ps. 108. *Ps.* 8. vendi triginta argenteis, Zach. 11. *Ps.* 12. ut latro capi, Thre. 4. *Ps.* 20. conspui, colaphizari, Isai. 50. *Ps.* 6. gentilibus tradi, Ps. 2. *Ps.* 1. mirè vexari, multaque pati, Ps. 21. qui Psalmus, quia de Christo erat totus, initium ejus incepit ipse cruci affixus, Matth. 27. *Deus meus, Deus meus, &c.* inter latrones reputari, & iterum mira pati, Isai. 53. per totum, ejus vestes sorte dividi, Ps. 21. *Ps.* 19. sitire, Ps. 68. *Ps.* 22. mori, Jerem. 11. Daniel. 9. Isai. 53. *Ps.* 10. Ps. 40. *Ps.* 10. Num. 21. *Ps.* 9. sicut ipse Christus explicat, Ioan. 3. *Ps.* 24. Denique lancea transfigi, Zach. 12. *Ps.* 10.

Conf. 3. Hinc sequi: Si Dominus ad bellum it, ut servus non eat? si Dux, ut non sequatur subditus? quomodo autem vendenda tunica, & emendus gladius, docet D. Ambr. in c. 22. Luc. *Est gladius Passionis, ut exuas corpus, & ematur tibi sacra corona Martyrii Offeram me sponsam custodibus, id est, occasionibus patiendi, ut pallium auferant, imò & corpus.*

MEDITATIO LXXIV.

Feria. 5. Domin. Quinquag.

*Spes Resurrectionis minuit sensum
Passionis.*

Vi.

Videdo Dominum personam Ducis præclarè agentem, qui ut acre bellum proposuit, sic exemplo suo, & mirabili solatio suos erigit. Petam nosse solatium, & alacrius Domino militare.

Conf. 1. Verba plena solatij duplicis: *Postquam autem resurrexero, præcedam vos in Galilaam.* Duobus verbis illos recreat, dum se resurcturum, & in Galilæa manifestandum affirmat: lata pronuntiat, ne desperent: quasi diceret: Præcedam vos in patriam vestram, eò vos recipite, ibi redibo. Pater ad filios, Magister ad discipulos, Pontifex ad Sacerdotes, Rex ad vicarios, Dux ad milites, Pastor ad oves, Caput ad membra, Victor ad obtenturos victoriam.

Conf. 2. Quomodo idem solatium alias sub baptismo explicuerit: quia, ut advertebat D. Chrysostr. qui baptizatur, ex aqua multa cum facilitate ascendit, ab aquarum natura non impeditus: sic & ille cum in mortem descendisset, multa cum facilitate ascendit.

Conf. 3. Si non esset de fide, sed tantum lumine naturæ sciretur, esse alteram vitam, beatam, & immortalem, ad tam felix nuntium libenter venderem tunicam, & emerem gladium propter spem boni futuri, & ut tutiora consequerem. Quòd si tot eunt per Oceanos amore auri, & tam pauci redeunt:

legone

egone spei divinæ infallibili nixus, propter beatam resurrectionem, exemplo Christi quæcunque mala ventura non perpetiar? Petam afflictiones malum necessarium alacriter superare.

MEDITATIO LXXV.

Feria 6. Dom. Quinquag.

Initia sint sine defectu ferventia.

Videbo Dominum propiorem pugnae efficaci animosiores, transeundo prædium, villam, hortum, ipsum denique montem Oliveti superando. Petam lumen ad agnoscenda Domini mei ferventia initia, & gratiam ab iisdem incipiendi.

Conf. 1. Quomodo omnes quatuor Evangelistæ ingressum Domini ad locum certaminis describant: Mar: 14. est: *Et veniunt in prædium.* Matt 26. *In villam, quæ dicitur Gethsemani, vallem olei, vel torcular olei, vel pecuaria butyri, ut ajunt interpretes.* Joan. 18. *Vbi erat hortus, in quem introivit ipse, & Discipuli ejus.* D. Chrylost. ait properasse ad locum proditori cognitum, ut auferret insidiantibus laborem, & Discipulis ostenderet, se sponte ad mortem venire.

Conf. 2. Causam hujus fervoris: Quia nisi ferveant initia, malè incipiunt, & in pejus degenerant: Qualem enim quis viam lutu-

F

lentam